

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Conuicium r  
cum fonte primo

Inter hec ieunat quo ciens non uocatur;  
si inuitetur, excusans;  
si euitetur, explorans;  
si excludatur, exprobrans;  
si admittatur, exultans;  
si uerberetur, expectans.

Auidus bibendi,  
audior adulandi, audissimus detrahendi,  
rabido ore pariter spirans cenum,  
spumans uinum, loquens uenenum,  
facit ambigi  
an temulencior an facinorosior existimetur.

Sydonius libro III. epistola XIII.

Sed nec est sane praedicabilis uiri  
in totum silenda frugalitas:  
ieunat quo ciens non uocatur;  
sed sic quoque leuitate parasitica,  
si inuitetur, excusans;  
si uitetur, explorans;  
si excludatur, exprobrans;  
si admittatur, exsultans;  
si uerberetur, exspectans.  
Cum discubuerit, fertur actatum,  
si tarde comedat, in rapinas;  
si cito saturetur, in lacrimas;  
si sitiat, in querellas;  
si inebrietur, in uomitus;  
si fatiget, in contumelias;  
si fatigetur, in furias;  
faeculentiae omnino par cloacali,  
quae quo plus commota, plus faetida est.  
Ita uiuens paucis uoluptati,  
nullis amori, omnibus risui;  
uesicarum ruptor fractorque ferularum,  
bibendi auidus,  
audior detrahendi,  
rabido pariter ore spirans caenum,  
spumans uinum, loquens uenenum  
facit ambigi putidior,  
temulentior an facinorosior existimetur.

Sidonius Apollinaris, *Epistolae*, 3.13.3-4  
(A. Loyen ed., vol.2, p.105).